

alius quilibet apprehendendi modus prorsus sit derelinquendus.

Iam vero supposita eiusmodi implicite apud Athanasium invenis in quantum intelligit Filium ideo Patri consubstantialem esse quia eadem de Filio dicuntur quae de Patre, excepto Patris nomine. Sed etiam apud eundem Athanasium alia et diversa supposita invenis in quantum saepius in imaginibus interpretandis inhaeret

Quos tamen tripliciter interpretari potes. Primo modo,
cum archaistis ut eruditissimus colligas quid ex exegesi
scripturarum erronea, quid ex fontibus hellenisticis, ^{vel etiam gnosticis} ab his
auctoribus puro et mero Dei verbo additum fuerit. Altero
modo, cum anachronistis ut, supposita posteriori theologia,

Tertia pars argumenti.

Ita ab antenicaenis concorditer Filius agnoscitur Deus ut, salvo mysterio, ^predeterminata ea ^aexcludantur quae logice cum hac fide componi non possint.

1. Cuius asserti sensus est (1) sicut in omni scientia evolventi, firma et immutata manere ipsa data.

1. Cuius asserti ~~x~~ sensus est (1) sicut in omni scientia ipsa data manent firma et immutata, ita in evolventi theologia firma et immutata^t manent data in verbo Dei contenta, nempe, Filium esse Deum, (2) sicut in omni scientia ex principiis communibus ad conclusiones multas easque minus generales prius proceditur quam in ipsas has conclusiones reflectatur earumque cohaerentia quaeratur, ita etiam in evolventi theologia ~~x~~ prius

reum. Ipsa enim quam dicis et exigis reconciliatio iam totum
supponit realismum dogmaticum eumque sibi perfecte cohaerentem.
At illi auctores ~~maxim~~ realismum non dogmaticum sed acriticum
supponebant.

In cuius intelligentiam notate apud Tertullianum ideo
Filium esse Deum quia substantia quaedam est divina ex divina
et paterna, apud Hippolytum Filium esse Deum quia solus ex
entibus est, apud Novatianum Filium esse Deum quia non solum
divinitas a Patre ad Filium tradita et porrecta est sed etiam
vicissim eadem divinitas a Filio ad Patrem reversa atque retorta
esse dicitur. Quos de realismo quodam acribico argui licet,
quasi divinam substantiam cogitassent materiam quandam spiritualem
Patri et deinde Filio sub-stantem. Sed minime concluditur
legitime eos veram Filii divinitatem negasse, si quidem eiusmodi
conclusio non secundum hanc imaginatam substantiam procedit
sed secundum adaequationem veritatis quae exigit ut eadem
de Filio quae de Patre dicantur, excepto Patris nomine
sed secundum substantiam veris propositionibus notam. Quod
si ita